



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 261. An excusetur, qui habet duo cauteria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

retur ab ordinaria collatione vespertina, *Sanch.*  
dub. 22.

§. 2. Qui dormire non potest, nisi vesperi ple- 1325  
nè refectus, debet in prandio sumere collatio-  
nem & vesperi prandium, ita multi contra utrum-  
que *Sanch. Dian. p. 1. t. 9. R. 51. Castrop. §. 5. n. 9.*  
*Tambur. n. 14. Loth & alios*, qui dicunt non tene-  
ri hunc ordinem invertere, sed sumpto secun-  
dum consuetudinem prandio posse iterum ple-  
nam refectionem sumere vesperi: Ratio nostra  
est, quia sic potest commodè servari substantia  
jejunii, qui autem tenetur ad finem, etiam tene-  
tur ad media non difficilia: & idem est, si quis non  
posset jejunare, nisi sumpto manè jentaculo, uti  
fatetur *Sanch. dub. 27. n. 4.* Similiter dub. 32.  
docet teneri comedere ova, qui aliter non pos-  
set servare jejunium; addo ego etiam carnes, quia  
cum harum esu consistit jejunium, secundum  
dicta n. 1269.

Q. 260. An excusetur puella vel vidua volens nube- 1326  
re, si jejunio reddenda esset deformis. R. Affirmant  
*Lop. Sanch. Tambur. n. 45. Boudem. p. 1. q. 44. Loth*  
apud *Steph. n. 131.*, quia si propterea minus desi-  
deretur, est notabile damnum: signum autem  
tantæ jacturæ tum erit, si ita color deperderetur  
vel induceretur macies, ut talis scœmina visa, sta-  
tim de eo defectu notaretur, ita *Tambur.*; verum  
non facile erit periculum illius incommodi, rarò  
enim notabiliter deformabitur homo propter  
jejunia ordinaria Ecclesiæ, unde sententia illa vix  
pro praxi habebit locum.

Q. 261. An excusetur, qui habet duo cauteria. R. 1327  
Affirmat *7. Sanch. d. 54. n. 17.*, quia talis redditur

Ggg 3

maximè



maximè debilis, teste experientia aliquorum ab eo consultorum: sed opinio illa sequenda non est, nisi concurrant plures circumstantiæ debilitatis vel laboris, nam experientia contraria probat, quòd cum duobus imò & pluribus cauteriis, per se loquendo, commodè stare possit jejunium, uti rectè *Pasq.* decis. 266.

1328 Q. 262. Quid addendum sit circa excusationem quorundam ratione laboris vel officii. *Bz.* Seqq.

§. 1. Quivis labor non excusat à jejunio, nam *Alex. VII* damnavit hanc 30. prop., *Omnes officiales, qui in Rep. corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.*

1329 §. 2. Ars ex se laboriosa liberat unumquemque à jejunio, etiam robustum & potentem cum eo labore jejunare, quia Ecclesia non includit sic laborantes, & lex est, secundum id, quod communiter est, communiter autem non possunt homines cum ejusmodi labore jejunare: E contra tamen quamvis labor de se non sit talis, ut excuset, si tamen complexio personæ sit talis, ut officium, quod aliis leve est, ipse non possit sine magno incommodo conjungere cum jejunio, excusatur, *Sanch. Regin. Tamb.* n. 18.

1330 §. 3. Opera ex se laboriosa sunt, quæ exercentur cum magna agitatione corporis, per hanc enim spiritus multum consumuntur: & talia sunt, præter relata à *Busenb.*, arare, fodere, triturrare, secare lapides, portare onera, texere latos pannos etiam pedum adminiculo, remigare, percurrere urbem vendendo merces &c.;